

70

COLLEGII PRIVATI
INSTITUTIONUM IUSTINIA.
NEARUM
Disputatio Prima
De
IUSTITIA ET
IURE NATURALIGEN.
TIUM ET CIVILI PERSONARUM
QUE DIVISIONE
Quam

D. T. O. M. A.

*Consensu Amplissimi Jutorum Ordinis in celeberrimâ
Wittebergenſum Academiâ*
SUB PRÆSIDIO

BALTHASARIS à BRUNNEN
NOB. MARCH.

Examinandam proponit

*Suis Nobilissimis & Prestantissimis Dnn.
Collegis*

ERASMUS STÖRBECK OSTER-
BURGO-Marchicus

Addiem 27. Maij, boris, locoq; solitis.

WITTEBERGÆ,

Typis JOHAN. GORMANNI, ANNO cIc Ic c XX.

1.

महान् शक्तिम् विकासं कर्त्तव्यं अस्ति (अस्ति)
शक्तिं विकासं कर्त्तव्यं अस्ति (अस्ति)

MAGNIFICO, MAXI-
mè strenuo & antiquâ nobilitate
splendido.

Viro

Dn. ACHATIO à Jagow
Hæreditario in Alwosen/Scharpenhofe
& Bichtenhagen &c.

Mecenati & Patrono suo
sancte colendo

Disputationem hanc juridi-
cam debitæ animi subie-
ctionis & gratitudinis
ergo

offert & dedicat


Erasmus Störbeck



ပြည့်မျိုးမှုလွှာမျိုးမှုလွှာနှင့်
ကျော်စာရွှေစာရွှေတွေကျော်စာရွှေနှင့်

ASSERTIO I.

*Invocatio nominis Divini, puta clausula
ista, Im Nahmen der Heiligen hochgelobten
Dreifaltigkeit Amen, de substantia instrumen-
ti non cst.*



Quoniam sine lege loqui erubescimus Nov. 18.
c. 5. Atqui nulla lex divini nominis invocati-
onem ad substantiam instrumenti requirit.
Ergo nec nos eandem requirere debemus Clar-
issimus Dn. Försterus in tract. Iustin. diss 1. θ. 2.
Harprecht in tit. prooem. Inst. n. 4. Treutl. vol.
2. diss. 5. θ. 3. lit. a. Hœnon. diss. 1. cont. 3. Diss.
Chilian. König in pract. & processu judic. c. 91. n. 5. Walth. lib. 2.
miscellan. jur. c. 1. Rulant lib. 6. de commiss. circa liter. docum. c. 7. n.
6. Menoch. de adipisc. poss. rem 4. n. 711. Et horum opinionem
confirmavit Imp. Maximilianus in Constit. de publ. notar. g.
Und nach dem Coloniæ promulgata Anno 1512.

II.

*Imperator in princ. Inst. de Iust. & Jur non
divinam, sed humanam, justitiam definit.*

I. Quoniam verba sunt intelligenda secundum subjectam
materiam. Atqui omnia, quæ in toto jure continentur, ad vi-
tæ humanæ societatem spectant, & exteriorem quandam ho-
nestatem, ut in tuto sit respublica respiciunt. 2. quoniam in
prefat. Nov. 69. Justitia inter virtutes humanas expressè refertur
Donell. lib. 2. comm. c. 1. Clarissimus Dn. Försterus in tract. Iustin.
diss. 1. θ. 18. Arum. exerc. Iust. 1. θ. 9. Hœnon. diss. 1. cont. 5. Hunn.
diss

disp. i. q. 2. & variar. resolut. jur. civil. lib. i. tract. i. q. 1. & 2.
III.

*Ius publicum quoque collectum est ex jure
naturali gentium & civili.*

I. Quoniam ex ratione naturali scimus, Deum colendum, Magistratui parendum esse l. 2. ff. de Iust. & jur. 2. Quoniam ipsa quoque bruta habent quasi sacra, ut magistratum habent apes Vult. ad §. hujus studij Inst. de I. N. G. & C. Clarissimus Dn. Försterus in tract. Iustin. disp. i. q. 29. Hœnon. disp. i. cont. 8. ubi multos dissentientes allegat.

IV.

Æquitas stricto juri seu rigori juris præferenda est.

Textus sunt in l. placuit. 8. C. de judic. l. hoc lege 8. C. de pact. convent. l. 4. § 1. ff. de eo quod certo loco l. benignius ff. de legibus Nov. 8. in fin. Donell. lib. i. comm. c. 13. Hunn. disp. i. th. 31 & variar. resolut. jur. civil. lib. i. tract. i. q. 14. Fachin. lib. i. cont. c. 3.

V.

Autoxelia de jure civili licita non est.

Textus sunt in l. liber homo 13. ff. ad l. Aquil. l. 3. §. 3. §. 5. §. 6. ff. de bon. eor. qui ante sentent. l. 6. §. 7. ff. de re milit. l. 38. §. fin. ff. de pœni. l. 45. §. 2. ff. de jur. fisci Hunn. variar. resolut. jur. civil. lib. i. tract. i. q. 17. Kubach. cent. i. decur i. q. 7.

VI.

*Origo legitimæ defensionis juris gentium pri-
mævo asscribenda est.*

Textus sunt in l. ut vim 3. ff. de just. & jur. l. 3. & 4. C. ad l. Cornel. de siccari. l. itaque si servum 4. l. scientiam 45. §. quicum 4. ff. ad l. Aquil. Hœnon. disp. i. cont. II. Hunn. variar. resolut. jur. civil. lib. 2. tract. i. q. 21.

VII.

Legitima defensio in continentieri debet.

Textus sunt in l. 3. §. 9. & l. 17. ff. de vi & vi armata, quibus haec ratio

ratio ac cedit, quod is, qui ex intervallo vim infert, cogitato inferat, & proinde magis ad ultionem, quam defensionem. Matth. Berlich. part. 4. concl. pract. 13. n. 40. Harp. in tract. crim. ad §. item lex cornelia 5. Inst. de publ. judic. n. 145. Clarissimus Dn. Forsterus Praeceptor debita ac perpetua observantia colendus in tract. Iust. disp. ult. 8. 10. part. 1. Hoenon. disp. 1. cont. 12.

VIII.

Insultatus, si citra periculum potest, fugere tenetur.

Textus sunt in §. injuria 2. Inst. de l. Aquil. l. sed et si 5. in princ. l. scientiam 45. §. qui cum aliter 4. ff. ad leg. Aquil. l. 2. C. ad l. Cornel. de sicar. Cl. unic. de homicid. Harprecht in tract. crim. ad §. item lex cornelia 5. Inst. de publ. judic. n. 121. & seqq. Bocer. lib. 2. de duello c. 10. n. 47. & seqq.

IX.

Ad moderamen inculpatæ tutelæ paritas armorum non requiritur.

I. Quoniam de paritate armorum in jure nihil cautum reperitur. 2. Quoniam vis in continenti repellendi debet. In continenti autem paria arma haberi nequeunt Matth. Berlich. part. 4. concl. practic. 13. n. 36. Clarissimus Dn. Forsterus in tract. Iust. disp. ult. 8. 11. part. 1. Harprecht ad §. item lex cornelia 5. Inst. de publ. judic. n. 145.

X.

Nemo quoque tenetur primum iustum expectare.

Textus sunt in l. 5. in princ. ff. ad l. Aquil. l. 1. C. quando licet unicuique sine jud. l. 2. l. 3. C. ad l. Cornel. de sicar. l. ult. C. in quibus caus. in integ. rest. Const. crim. Caroli V. art. 140. circa fin. Matth. Berlich. d. l. n. 7. Harp. d. l. n. 14.

XI.

Hæc defensio legitima adeò liberè permissa est, ut detur etiam filio contra patrem.

Textus sunt in l. ut vim 3. ff. de Iust. & jur. l. 3. l. 4. l. 45. §. 4. ff. ad l. Aquil. Const. crim. Carolis. art. 140. Menoch. lib. 2. arbit. jud. question. cent. 4 casu 356. n. 35. Harp. in tract. crim. ad §. 5. Inst. de publ. judic. n. 203. Matth. Berlich. part. 4. consl. pract. 6. n. 62. & concl. 12. n. 16.

XII.

Servo contra Dominum.

A 3

Tex-

Textus sunt in Exod. c. 21. v. 20. l. unic. C. de emend. servor. 5.
sed hoc tempore Inst. de his qui sui vel alieni jur. sunt Gramman. in
mellif. Iustin. disp. 1. 8. 27.

XIII.

Subdito adversus Magistratum.

Quando scilicet Magistratus extra judicialiter contra sub-
ditum procedit. Vbi cunque enim offensio illicita est, ibi de-
fensio licita est.

XIV.

Discipulo contra Praeceptorem.

Textus sunt in l. sed & sis. 5. si Magister 3. ff. ad l. Aquil. &c.
Presbiterum 7. ext. de homic. volunt. vel casuali.

XV.

Loco etiam sacro.

Quoniam textus de legitima defensione loquentes gene-
rales sunt, nec inter loca distinguunt. Hinc dicunt DD. quod
sacerdos in missæ celebrationē insultatus, omissa celebratio-
ne, contra invadentem sese defendere, &, non obstante ho-
micio, missæ celebrationē perficere possit Gramman. in
mellif. Iust. disp. 1. th. 25

XVI.

*Ob defensionem pudicitiae puella etiam quem-
piam jure interficere potest.*

Textus sunt in l. 8. §. 2. ff. quod met. caus. l. 2. §. 24. ff. de orig. jur.
l. 1. §. 4. ff. ad l. Cornel. de sicar. Const. crim. Car. V. art. 140. ibi Ehr
vnd guten Leumuts Vasq. illust. cont. c. 11. n. 10. Treutl. vol. 1. disp. 1.
th. 4. lit. c. ibid. Hunn. in resol. Harp. in tract. crim. ad §. 5. Inst. de
publ. judic. n. 183. Matth. Berlich. part. 4. concl. practic. 12. n. 40.

XVII

Scriptura ad legis essentiam non pertinet.

Quoniam neque forma, neque materia est. Forma non
est, quoniam per scripturam lex non est, quod est, sed per ex-
pressam sanctionem ejus, qui legis condenda potestatatem ha-
bet

bet l. 32. ff. de legibus §. lex est 4. & seqq. Inst. de I.N. G. & C. Non etiam materia est, quoniam ex scriptura lex non est, sed ea plerunque ad legem causis suis jam constantem accedit arg. d. S. 4. Clarissimus Dn. Försterus in tract. Iust. disp. 1. th. 34. Hunn. variar. resolut. jur. civil. lib. 1. tract. 1. q. 22. Hœnon. disp. 1. cont. 15.

XIII.

*Rectè faciunt Jurisprudentes, qui de Jure
consulti postmodum responsa sua edunt.*

Quoniam judex ex illis instrui potest ad eligendam partem veriorem, siquidem ea, quæ vero propinquiora videntur, certis ll. rationibus & autoritatibus ijsdem comprobantur, contrariaquæ accurrare refutantur. Clarissimus Dn. Försterus in colleg. publ. dec. 1. q. 5.

XIV.

Omnis consuetudo debet esse rationabilis.

Alias enim corruptela potius dicenda est, quam consuetudo textus est in l. 39. ff. de leg. Hunn. variar. resolut. jur. civil. lib. 1. tract. 1. q. 28.

XV.

Quot anni ad consuetudinem introducendam requirantur, judicis arbitrio committendum est.

Quod enim in jure decisum non reperitur, illud committendum est arbitrio judicis l. 1. §. 2. ff. de jure de lib. l. 13. ff. de testibus l. 1. §. 1. de effract. Atqui, quot anni ad consuetudinem introducendam requirantur, in jure decisum non reperitur E. Menoch. dearbit. jud. quæst. lib. 2. cent. 1. casu 83. n. 6. & seqq. Clarissimus Dn. Försterus in tract. Iust. disp. 1. thesi 35. Harp. ad S. fine scripto 9. Inst. de I.N. G. & C. n. 19.

XVI.

Idem dicendum est de actibus

Per idem fundamentum Menoch. d. l. casu 81. n. 4. Arum. exerc Iust. 1. th. 20. Clarissimus Dn. Försterus d. l. th. 36 Harp. d. l. n. 10. Treutl. vol. 1. disp. 1. th. 9. lit. e. ibique Hunn. in resolut.

22. Actus

XXII.

Actus autem illi judiciales esse non debent.

Tetus est in l. 32. ff. de legibus Donell. lib. 1. comm. c. 10. ibique Hillig. in notat lit. b. Gail. lib. 2. obser. 31. n. 8. in fin.

XXIII.

Servitus est contra naturam.

Textus est manifestus in §. servitus autem 2. Inst. de jur. pers. Hunn. variar. resolut. jur. civil. lib. 1. tract. 2. q. 7.

XXIV

Adscriptity servis annumerandi sunt.

Textus sunt in l. 21. & ult. C. de agric. & censit. Donell. lib. 2. comm. c. 9. ibiq³ Hilliger in notat. lit. u. Clarissimus Dn. Forsterus in tract. Iust. disp. 2. th. 3. Arum. exerc. Iust. 1. th. 25. Hunn. variar. resolut. jur. civil. lib. 1. tract. 2. q. 5. Diss. Hœnon. disp. 1. cont. 20. Harprecht part. 1. disp 2 assert 5 lit b

XXV

Minor viginti quinque annis procurator ad litem esse potest.

Textus sunt in §. justæ 5. Inst. qui & ex quibus caus. l. 13. ff. de manumiss. vind. l. 33. in princ. ff. de procurat. Harp. ad §. 1. Inst. de ipsis per quos ager. poss. n. 123. Clarissimus Dn Forsterus in tract. Iust. disp. 2. th. 11. Cujac. lib. 22. obs. 16. Pacius cent. 2. q. 16. Arum. exerc. Iust. 1. th. 30. Diss. Hœnon. disp. 1. cont. ult. cum multis allegatis.

F I N I S.

Datum der Entleihung bitte hier einstempeln!

SLUB DRESDEN



3 0644202

7 A 2198

